

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter

Jahr: 1741

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN369546628

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369546628>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628>

LOG Id: LOG_0130

LOG Titel: Caput Decimum Tertium. Pangium. Pangj. - XIII. Hoofdstuk. De Pangj-Boom.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN369544501

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

XIII. HOOFSTUK.

*Pangium. Pangi.**De Pangi-Boom.*

P*Angium* truncum gerit altiore magisque erectum, quam præcedens: Ejus folia sunt duplicia, multum a sese invicem differentia, uti de Canario genere fuit notatum, in junioribus enim arboribus sunt maxima, inque tres angulos seu lacinias divisa, pedem circiter longa, decem pollices lata & ultro, plurima autem decem pollices sunt longa & novem lata, quædam ad unam tantum oram angulosa sunt, quum alterius lateris angulus jam excreverit, alia utrisque carent istis angulis. Tenera vero folia sunt cordiformia, ita ut tria quatuorve folia differentia in una conspiciantur arbore juniore: Prope foliorum petiolum quinque, in quibusdam vero septem magni concurrunt nervi, atque foliorum oræ prope petiolum sunt æquales, nec sinuatae. Petioli autem longi sunt: Folia adultarum arborum cunctos istos amiserunt angulos, formamque habent oblongo-cordatam, novem longa pollices, septem & octo lata, obtuso apice donata, intense viridia, glabra, & splendentia, saporis ingrati & fervidi.

Flores me latent. Fructus vero simplex dependet hinc inde ex ramo forma, & magnitudine ovi *Struthiocameli*, vulgaris vero ovi *Casuarii*, plurimi autem sunt umbilicati, ad latera gibbosi, externe obfœure ruffi, ac tandem ex fusco cinerei instar *Calappi* veteris, rugosi, parvisque notati punctis instar fructus *Atun*, qui ex crasso dependet pedunculo, prope fructum extenso. Cortex externus crassus est uti in *Malo Punico*, sub quo pauca reconditur caro albicans, in qua nuces seu castaneæ quasi compactæ sunt: Hæ nuces sunt planæ, multiformes, plurimæ vero instar compressæ burfulæ, majores *Juglandibus*, plano latere sibi accumbentes, angusta vero illarum pars introsum sita est, latissima vero extrorsum, quædam crassiores sunt & triangulares, aliæ aliam habent formam, plerumque unum cum dimidio vel binos longæ pollices, quædam vero tres, binæ enim occurrunt species seu varietates, una major, altera minor. Minor seu vulgatissima species formam habet *Nucis Juglandis*, plerumque triangularis, aliæ autem ita differunt & irregulares sunt, ut inter decem vix binæ occurrant sibi similes. Pellicula nucis exterior hirsuta est, lignosa, ex nigro cinerea, rugosa, protuberantibus pertexta venis & intricata instar sacci coriacei vetustioris & rugosi, seu contracti: Major autem species instar burfæ formata est, plana, recta, nigra, multoque rugosior, protuberantes enim venæ ita intricatæ decurrunt, ut arbusculas quasi referant, vel ramos & frutices artificum manu elaboratos, omnesque hi elevati sunt, quorum oræ in quibusdam locis adeo acutæ sunt, ut difficulter tractari possint, ac magis spinas referant, inferior vero nucum pars æqualior est, nec ita rugosa, latissima illarum pars, quæ putamini adjacet, aperturam habet, ex oblonga formatam fissura, quæ obtegatur operculo ejusdem substantiæ cum cortice, qui adeo firmiter ipsi inhæret, ut non nisi vi avelli possit. Putamen crassitiem cultri habet substantia &c. conveniens cum *Tampurong Calappæ* nucis. In hoc reconditur nucleus planus, amplius, albus, putaminis formam habens, qui in bina dividi potest segmenta saporis nucis *Avellanæ*, substantia constans molliore & lenta, quæ, si non sit matura penitus, amaricat, saltem in *Amboina* sese ita offert, in aliis vero locis major est, pinguior, & dulcior. Hi fructus in arbore relinquuntur, donec sponte decendant, atque exterior putrescat cortex, tum enim nuclei nigrescunt & permaturi sunt, a quibus caro illos ambiens facile separari potest, illi vero raro ac vix crudi comeduntur, vim enim habent inebriantem, hominesque vertiginosos reddentem, unde & quidam in animi deliquium incidunt, licet satis grati ac dulcis sint saporis, sed præparandi sunt, ut mox indicabitur; Hujus arboris lignum durum est, solidum, & grave: Cortex vero fragilis, lignoque firmiter adhæret.

DE *Pangi-boom* heeft een booger en regter stam, dan het voorgaande. De bladeren zijn tweederlei, wel veel van malkander verschillende, gelyk van de *Canari* gezegt is, want aan de jonge boomen synze zeer groot, en in drie boeken of lappen verdeelt, omtrent een voet lank, en tien duimen breed, zommige meer, de meeste syn tien duimen lank, en negen breed, zommige hebben aan de eene zyde nog een boek, zynde den bogt van de andere boek bykans uitgewasschen, andere weder syn niet boekig. De gebeele jonge syn regt bertformig, zo dat men drie of vierderlei bladeren aan een jonge boom ziet. By de steel stooten vyf, en aan zommige zeven groote zenuwen te zamen, en syn de randen by den steel vlak, en zonder bogt. De steelen syn lank. De bladeren van de volwassene boomen hebben alle de uitsteekende boeken verlooren, en syn geformeert, als een lankwerpig bert, negen duimen lank, zeven en acht dito breed, met een stompe spits, boog-groen, glad, en glimment, onlieffelyk van smaak, en wat beet.

Het bloeizel is niet bekend. De vrucht hangt enkel hier of daar aan de takken, in grootte en gedaante van een voogel *Struis-Ey*, in 't gemeen als een *Casuaris-Ey*, de meeste met een tepel voor aan, en aan de zyden wat buldig, van buiten donker-ros of tanyt, ten laaften grauw, als de oude *Calappus*, van buiten ruig, en met kleine puntjes bezet, gelyk de vrucht van *Atun*, hangende aan een dikke steel, die by de vrucht een kransjen heeft, de buitenste schorsse is zoo dik als aan den *Granaat-appel*, daar onder een weinig wit vleesch, en daar inne zekere nooten of *Castanjen* gepakt syn. Deze nooten syn plat, en van velderlei fatzoen, doch meest als een gedrukte beurse, wat groter dan onze nooten, met de platte zyde op malkander leggende, met 't smalle eind na binnen, en 't breedste na buiten gekeert, zommige syn wat dikker, gants driexydig, en van andere fatzoen, in 't gemeen een en een halve, en twee duimen lank, en zommige drie, want men heeft 'er twee soorten van groote en kleine. De kleinste of gemeenste zoorte is in de gedaante van een *Wal-noot*, door de bank driekantig, maar zommige zo verschillend, en rond-bollig van fatzoen, dat men onder tien geen twee zal vinden, die malkander gelyk syn. De buitenste schel is ruig, boutachtig, uit den swarten grauw, rimpelig, en met uitsteekende aderen door malkander loopende, verwerd, als een leeren zakje, dat nat gemaakt 'is, en inkrimpt. 't Groote geslagt is meest geformeert als een beurse, en plat, regt, swart, en veel ruiger, want de uitsteekende aderen loopen zo aardig door malkander, datze eenige boompjes verbeelden, of dorre takken en struiken door meesters hand in eenig *Ebben-hout* uitgesneden, en dat allegaer verbeeven werk, waar van de kanten op zommige plaatzen zo scherp syn, datze moeyelyk om te bandelen syn, en veel meer doorns gelyken, doch de onderste zyde is altyd effender, en min ruig, den breedsten boek, die tegen de bolster ziet, heeft een deurtje, zynde een lankwerpige schein, dewelke gesloten is met een dekzel van dezelve substantie, als de schel, die 'er zo vast in sluit, dat by niet dan met geweld kan afgetrokken worden. De schaal heeft de dikte van een mes van substantie &c. gelykende de *Tampurong* aan een *Calappus-noot*. Daar binnen leidt een breede, witte, en platte kern, na de gedaante van de schaal geformeert, die zig in twee bladeren laat verdeelen, van smaak als *Hasel-nooten*, van substantie weeker en tayer, en als by niet ter degen ryp is, wat bitter, immers in *Amboina* is by zo, maar op andere plaatzen valt by groter, vetter, en zoeter. Deze vruchten laat men aan de boomen hangen, tot datze van zelfs afvallen, en de buitenste schorsse verrotte, want als dan syn de korrels swart, en ter degen ryp, waar van men 't omhangende vleesch gemakkelyk kan afschudden. De binnenste kern werd niet of weinig raauw gegeten, want by heeft een duizelig- of dronken-makende kragt, waar van ook zommige in swym vallen, boewel by redelyk aangenaam van smaak is, maar men moet hem toebe-reiden, gelyk straks gezegt zal werden. Het hout van dezen boom is hart, digt, en swaar. De schorsse bros, en aan 't hout vast klevende.

Nomen.

Naam.

Nomen. Latine *Pangium*: Malaice *Pangi*, *Capaya*, & *Copaya*. Javanis *Poutsjong*, præparatus vero ejus cibus vocatur *Caluac* & *Colowac*: Macassarenbus & Baleyenibus dicitur *Pangy*, Boetonenibus *Pany*, Ternatenibus *Bobbi* & *Sawan*. Boeronenibus *Hami*. Amboinenibus *Any*, Omenibus *Salea*.

Locus. Optimi plurimique hujus arboris fructus inveniuntur in Celebes regione, sub Macassarenfi & Boegenfi imperio, uti & in Java, Baley, Boetona, Boero, & Cerama, rari sunt in Amboina, & tantum hinc inde in planis silvis, quumque non ita jucundi sint saporis quam in aliis locis, hinc non multum ab Amboinenibus expetuntur vel adhibentur, vulgusque anxium est illos edere, quum fructus hi habeantur non civi.

Ufus. Apud Maleyenfes, Macassarenfes, Boegenfes, & Boetonenfes fructus hic in magno est usu ad cibum, sed non crudus, verum sequenti præparatus modo: Maturæ nuces totæ in aqua ebulliuntur, dein putamina in partes contunduntur, nucleique eximuntur, inque angusta confinduntur frusta instar Brassicæ lactucariæ, quæ scrobiculo inponuntur, intus repleto palea, dein per 24 horas macerantur in fluviali vel pluviali aqua, qua malignitas extrahitur, ac tum sine noxa comeduntur vel sola, vel cum Calappa nucce rapata. Cum hisce incoquantur etiam pisces, ut condimentum eorum sit pinguius, uti alias cum Calappæ medulla fit. Frusta hæc efficcantur quoque & conservantur, ut pluviosis mensibus cibus hisce pinguior reddatur: Javani norunt ex ficcis & calefactis nucleis inter binos asseres Oleum exprimere lampadibus inferviens, quod plenius amphoris fallaciter vendunt pro *Minjac Widjing* seu *Oleo Sesamino*, quod multo pretiosius est.

Boegenfes illud oleum alio præparant modo, contundunt nempe & in pastam manibus formant depuratos & soli efficcatos nucleos, sensim affundentes aquam tepidam, donec oleum supernatet, quod aufertur. Hoc oleum, si recens, dulcescit, & aptum est ad placentas & pisces fricandos, nec ita cito rancescit ac oleum Calappæ.

Arboris cortex contritus aquæque injectus pisces enecat in ipsa natantes. Foliorum fuccus ulcerationibus, vel putridis instillatus vulneribus, vermes enecat & animalcula pruritus excitantia, quæ circumjectam arrodunt carnem. Hoc autem casu expertum fuit, quum putrefacta & a vermibus exesa caro in hisce obvolvitur foliis, unde hi vermiculi statim mortui fuere, atque ex illa carne in folium tale deciderent, istaque caro iterum rubebat, sanumque adquirebat colorem.

Hanc vero antipatiam habent hæc folia, simulque vim omnes enecandi vermes in putrefactionibus nidulantes, quos enecat & prolabi faciunt: Idem quoque præstant recentes nucleis, si manducantur vel aqua conterantur, & capiti illinantur, pediculos enecant: cavendum vero est, ne inter manducandum fuccus eorum deglutiat: Gallinæ quoque moriuntur, si hos crudos vel coctos edant nucleos: Si decidui fructus nondum fissi fuerint, paleis vel aliis rebus ficcis inponendi sunt, donec putrescant, ac nuclei tolli possint, qui sub cineribus calidis etiam torrentur, dein officula eximuntur, inque cibos præparantur, uti supra dictum fuit. Sinenses quidam quibusdam abhinc annis nucleos hosce ex Java venales adduxerunt, quorum decem pro stuvero vendunt, quos tostos cum piscibus edunt, non erant autem ita rugosi ac Amboinenfes.

Si Amboinenfes hunc fructum in cibum præparant, clam id efficiunt, nec coram pluribus hominibus, credunt enim, si malevolus homo, qualem *Wangis* & *Matta Panas* h. e. Magum & Ferventoculum vocant, casu præteriret, illosque adspiceret nucleos, malignam qualitatem talem cibum contracturum esse, idem quoque observant in præparatione silvestris Oebis: Excavata horum nucleorum putamina adhibentur pro igniario, cui operculum ligneum adaptant. Sæpius illa in mari fluctuant, inque litus projiciuntur, unde nigra & polita sunt.

Fructus ex crassis proveniunt ramis, e pediculo longo, & incurvo dependentes, qui major, & crassior est reliquis foliorum pedunculis. Baleyenfes hos non edunt,

Naam. In 't Latyn *Pangium*, in 't Maleyts *Pangi*, *Capaya*, en *Copaya*, op Javaans *Poutsjong*, maar de geprepareerde kost het Caluac en Colowac. Op Macassars en Baleyts *Pangy*, op Boetons *Pany*, op Ternaats *Bobbi* en *Sawan*. Op Boero *Hami*, op Amboins *Any*, op Oma *Salea*.

Plaats. De beste en meest van deze vruchten vind men in 't Land Celebes, onder 't Macassarze, en Boegische gebied, als mede op Java, Baley, Boeton, Boero, en Ceram: Weinige heeft men in Amboina, hier en daar in de vlakke Bosschen, en om datze slegter van smaak zijn dan op andere plaatsen, werdenze van de Inlanders niet veel gebezigt, zynde 't gemeene volkje meest bang, om die te nuttigen, om datze het voor een schadelijke vrucht houden.

Gebruik. By de Maleyers, Macassaren, Boegis, en Boetonders, is deze vrucht in groot gebruik tot de kost, niet raauw, maar eerst aldus toebereit. De rype nooten kookt men geheel in water te degen op, daar na klopt men de schaale in stukken, neemt de korrels uit, en snydze in smalle riempjes, als kool-salaat, legt dezelve in een korfje, van binnen met stroo belegt, en weektze een etmaal of een nacht in een Rivier of anders vers water, het welk de quaadaardigheid uittrekt, daar na kan menze zonder schade eten alleen, of met geraspte Calappus. Men kookt 'er ook Visschen en Saylor mede, om dezelve vet te maken, gelyk men anders met Calappus-pit doet: Zo werden ook deze riempjes gedroogt, en verwaart, om in de reegenmaanden de kost daar mede te vetten. De Javanen weten uit de gedroogde, en weder warm gemaakte kernen tusschen twee planken een Oly te persen, tot de lampen gebruikelyk, 't welk zy met potten vol bedrieglyk voor *Minjac Widjing* verkoopen, 't welk veel kostelyker is.

De Boegis maaken die Oly op een ander manier, zy stampen, en kneeden de schoongemaakte, en in de Zongedroogde kernen, allenkskens werm water opgietende, tot dat 'er de Oly boven op dryft, het welk zy dan afscheppen. Deze Oly vers zynde, is zoet en bequaam om koekjes en Visschen in te bakken, werdende zo ligt niet garstig als Calappus-Oly.

De schorffe van den boom gewreven, en op water gestrooit, doodt de Visschen, die daar inzyn. Het zap van de bladeren in verrotte wonden of ulceration gedroopen, doodt de Wormen, en diertjes daar in, die 't jeuken veroorzaaken, en in 't vleesch om zig vreeten, zynde dit by geval ondervonden, als men een stuk rottende en wormig vleesch in een van deze bladeren wond, daar van de wormpjes terstond stierven, en uit het vleesch op 't blad vielen, werdende 't zelve wederom rood, en van een gezonde couleur.

En zulke antipaty en kragt hebben deze bladeren, om allerlei wormen in verrottinge te doden, en doen afvallen: Het welk ook doen de versche korrels, als men dezelve kaauwt, ofte met water wryft, en op 't boofst smeert, om luizen te doden, wel toezienende, dat men in 't kaauwen geen zap inswelge. Ook sterven de Hoenders, alsze van deze pitten eten, het zy raauw of gekookt. Als de afgevallene vruchten nog niet geborsten zyn, zo moet menze in stroo of andere ruigte begraven, tot datze verrotten, en men de korrels mag uitneemen, die men ook onder heete asche braadt, daar na de pitten uitneemt, en tot eten bequaam als vooren maakt. Zommige Sineezen hebben eenige jaren herwaarts deze korrels uit Java alhier te koop gebracht, gevende tien voor een stuiver, om gebraden by de visch te eten, maar zy waren zo ruig niet als de Amboinsche.

Als nu evenwel de Amboineezen deze vrucht tot kost willen toebereiden, zo doenze 't zelve buiten 't gezigt van veele menschen, want zy gelooven als een quaadaardig mensch, diergelyke zy *Wangis* en *Matta Panas*, dat is Tovenaars en Heet-oogen noemen, by geval daar voorby gingen, en deze kernen aanzagen, zo zoude dezelve kost een schadelijke eigenschap ontfangen, 't welk zy ook observeren in 't toebereiden van de wilde Oebis. De uitgebolde schaalen van deze korrels werden ook gebruikt, om tontel daar in te verwaren, werdende wederom een dekzel van hout daar op gemaakt. Zy dryven dikwils in Zee, en werden op de strand uitgesmeeten, waar vanze swart en mooi geschuurt werden.

De vruchten komen ook aan dikke takken voort, aan een lange kromme steel, en grooter dan de rest aan den boom. De Baleyers zullen daar niet van eten, of moeten

edunt, nisi prius per aliquot septimanas in aqua fuerint macerati, ac prius quædam illorum portio gallinis obfertur, ut exploretur, an sine noxa illos comedere possint. Recentia folia matutino collecta tempore, quum a rore madida sint, cum pauxillo falis & Limonium succo contrita, ac sicca scabiei, *Cadel dictæ*, illinita, quæ cum pruritu proserpit, si fortiter illinantur, illam curant. In Uliassensibus infulis aliud addunt folium mihi ignotum. In Baleya sæpe fit, ut vaccæ imprudenter hæc comedant folia, quæ inde moriuntur: In fructibus diu in terra projectis & putridis vermiculi generantur.

Pangii maris foliatura convenit cum femina, sed nullos gerit fructus, ac plurimum in Baleya occurrit, ejus autem folia & cortex vim habent magis nocivam quam femina, unde & adhibentur ad pisces enecandos.

Utriusque *Pangii* folia contrita, inque aquam projecta squillas enecant, quæ tamen innoxie edi possunt.

EXPLICATIO

Tabula Quinquagesima Nona,

Quæ ramum exhibet *Pangii*, ex quo fructus dependent.

- A. Fructum majori exprimit forma.
B. Ejus officula seu nucleos sistit.

OBSERVATIO.

Pangium a Valentino in *Amboin. descript. pag. 213.* obiter etiam commemoratur.

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

Fructus Musculiformis: Boa Affuesseng.

FRUCTUS hic videtur esse ex genere præcedentis *Pangii*: Formam habet & magnitudinem coerulei conchylii dehiscens, ac forte est *Pangium* montanum hirtum, protuberantibus eminentiis & conulis figuratum instar *Pangii*: A postica parte, quæ dorsum refert, ad aliquam adnectitur partem instar conchyliorum, atque ab ista parte & ad supremum & undique ad acutum apicem fissura est, ac si sese aperiret, in suprema vero ejus parte operculum videtur adhæsisse, quod per maturitatem decidit, uti in *Pangio* fit, in interna ejus parte bina crassiuscula & sicca apparent foliola instar labiorum, quæ in inferiore sua parte crassissima sunt, atque ex plurimis ficcis filamentis intricatis constant: In externa fructus parte aliquando prismatica fungosa substantia reperitur instar suberis, quæ inter ficas rugas facile auferri potest, quum quædam etiam filamenta mollia sint: Siccum putamen nigricat cum cinereo mixtum instar *Pangiorum*.

Arbor ipsa ignota penitus est. Sicca ac vacua hæc putamina in Ceramæ litore inveniuntur circa Camariam & Hatifoam, uti & in Oma in fluviis prope Aboro, nec incolæ norunt ex quam decidant arbore, dicentes, per flumina ex altis rapi montibus.

Nomen. Latine hæcenus mihi dicitur *Fructus Musculiformis*, & Malaice *Boa Affuesseng*, h. e. fructus Conchylii ex ejus forma. Omenfes hunc vocant *Ayhua Ette* seu *Ay Hoeamette*, h. e. fructum nigrum, multi autem non perfectam habent coerulei Conchylii formam, superna nempe parte planam, sed ab utraque parte compressi sunt, ita ut crassiores sint quam plani. Quidam etiam ad summum acute desinunt, unaque pars brevior est altera.

Ufus ejus nondum notus est, sed quum rari sint hi fructus, tamquam aliquid curiosum asservantur, & incolæ Omæ illos colligunt, ut internam extrahant medullam, quam clavis pedum vel ulcerationibus illorum inponunt, quas curat.

In

ten eerst eenige weeken in 't water geweekt zyn, en dan werpenze nog eerst wat voor de Hoenders om te beproeven, of die het zonder schade kunnen eeten. De versche bladeren 's morgens vroeg afgenomen, alsze nat van den dauw zyn, met een weinig zout en zap van Lemoen-Maas gewreven, en op de drooge schurft, Cadel genaamt, gesmeert, het welk met jeuken zeer voortkruipt, eerst dapper gewreven, geneest 't zelve. In de Uliassers doenze nog een ander blad daar by, zynde my nog onbekent. Op Baley gebeurt 't zomtyds dat de Koebeesten onvoorzigtig van deze bladeren eeten, die dan daar van sterven. In de vruchten, die lang op de grond leggen rotten, werden wormpjes gegeneert.

Pangium 't Manneken is van bladeren 't Wyfken gelyk, maar 't draagt gantsch geen vruchten, word meest op Baley gevonden, en is aan bladeren en schorffe nog schadelijker dan 't Wyfken, dierhalven tot dooden van Visschen gebrukelyk.

De bladeren van een ieder *Pangi* gewreven, en in 't water gesmeeten, dooden de Garnalen, dewelke men echter zonder schade eeten kan.

UYTLEGGING

Van de negen-en-vyftigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van het *Pangium* met zyn vruchten.

- A. Beduyt een vrucht in 't groot.
B. Deszelfs korrels.

AANMERKINGE.

De *Pangi-Boom* wert mede ter loops vermeldt by Valens in de beschryving van *Amboin. pag. 213.*

XIV. HOOFDSTUK.

De Mossel-formige vrucht.

DEZE vrucht schynt een geslagt te zyn van de naastvoorgaande *Pangi*: Zy heeft de grootte en gedaante van een blaauwe-Mossel, dewelke gaapt, en is misfchien een berg *Pangi*, buiten met uitstekende rimpels en kanten, gefigureert als de *Pangi*: Van achteren (dat de rugge wil zyn) bangtze mede maar een stuk weegs vast, gelyk de Mosselen, en van daar af na boven, en rondom weder tot aan 't spitze eind is een openinge, als of ze gaapten, doch daar boven op schynt een dekselken geweest te zyn, 't welk door rypheid afgevallen zy, gelyk aan de *Pangi* geschied, binnen ziet men twee dikachtige gedroogde blaadjes als lippen, die beneeden op 't dikste zyn, en van veele gedroogde draadjes in malkander verwerft bestaan. Buiten om ziet men zomtyds nog hangen een persige vooze substantie, als kork, die men ligt tusschen de gedroogde rimpeltjes kan uitbaalen, wanneer men ook bevindt, dat zommige draatjes nog week zyn. De gedroogde schaal is swartachtig, met wat graauw, gelyk de *Pangi*-vrucht.

Den boom is nog onbekent. Men vind de drooge en leegde schaaalen op de strand van Ceram, omtrent Camarien en Hatifoam, als mede op Oma in de Rivieren by Aboro, zonder dat de Inlanders weten te verbaalen, van wat boomen datze komen, zeggende alleenlyk, datze door de Rivieren van 't booge gebergte afgevoert werden.

Naam. By provisie magze in 't Latyn heeten *Fructus Musculiformis*, of in 't Maleys *Boa Affuesseng*, dat is Mossel-vrucht, na hare gedaante. Die van Oma noemenze *Ayhua Ette* of *Ay Hoea Mette*, dat is zwarte vrucht, veele hebben niet de volkomen fatzoen van een blaauwen Mossel, te weten bovenwaarts plat, maar zyn van vooren en achteren gedrukt, datze dikker zyn, dan breed. Zommige loopen ook na boven spits, en de eenzyde is wat korter dan de andere.

Het Gebruik is nog niet bekend, behalven dat menze wegens haar zeldzame fatzoen tot een raretey bewaart, en dat de Inlanders van Oma weten te zeggen, datze deze vruchten zoeken om 't binnenste merg daar uit te krygen, en op krabben der voeten, of verouderde zeeren der beenen te leggen, en die te geneezen.

In